



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Tractatus Iuridico-Politicus De Iure Superioritatis Ac
Summa Potestate Rom. Pontificis**

Wesseling, Hermann

Coloniæ Agrippinæ, 1662

VII. Carolvs V.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64514](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64514)

P. 1
 0
 Austriacos translatae sunt, quae demum
 post Carolum V. cui omnes, & singulae sub-
 erant, per quosdam rebelles, qui Genus
 id est, *Mendici* appellabantur, teste Surio
 magna ex parte cum à juramento, tum à
 fide Orthodoxa Romano-Catholica
 emergente Joanne Calvino flagitioso quo-
 dam Sodomita, seditione orta ad Calvi-
 nismum defecerunt propter praesens
 Ducis Albani saevitiam. Secunda uxor
 fuit *Blanca Maria* Galeatii Sfortiae Ducis
 Mediolanensis filia. Obiit Weltii an. 1518.
 Sepultus Neostadii, aetatis suae 60. Imperator
 verò 33. anno. Post ejus obitum nonnullae
 mutationes Procerum Imperii erant sub
 incide, quas successor Carolus V. sustulit.

VII.

CAROLVS V.

Maximiliani I. nepos, Philippi I. Hispaniarum, & Indiarum Regis Catholici
 lius, natus Gandavi in Flandria anno 1500.
 factus Hispaniarum Rex an. 1518. electus
 Romanorum Imperator 1519. coronatus
 Aquisgrani 1520. Sub hoc Imperatore
 gustana Confessio usque ad finem Sacri
 Sancti, & Oecumenici Concilii Tridentini
 Regi

(cui quidam non rectè de Christo, ejusque S. Romana Ecclesia sentientes contradicebant) permiffa fuit. Graviffima bella contra Galliam adverfus Smalcaldicum Caenam, nec non in Africa gessit. Uxor ejus erat *Isabella* Augusta Emanuelis Regis Portugalliae filia; tandem rerum humanarum pertæsus, de æternitate præcogitans Imperio, & Regno Hisp. se abdicavit. Hoc Philippo filio, illo Ferdinando fratri relicto, apud *S. Iustum* in Hispaniis Deo se totum quantum, posthabitis mundanis curis, consecravit an. 1556. Ubi duobus post annis vitam sanctè finivit, Granatæ sepultus, ætatis suæ 59. Imperiorum verò 40. anno.

VIII.

FERDINANDVS I.

Caroli V. germanus frater natus Medinæ an. 1503. coronatus Rex Bohemiae anno 1526. Pragæ, Rex Hungariæ Albæ Regalis an. 1527. Romanorum Rex anno 1531. Imp. an. 1558. Cum Augusta sua conjugè Anna Vladislai IV. Hungar. ac Bohemiae Regis filia duo illa regna Austriæ adjecit.

N 2

Adver-